

## Sermo

omnium rerum: nihil remanet nisi lu-  
ctus. Unde dominus ait **Matth. xxiij**  
**ij.** Et tunc plangent omnes tribus  
terre. scilicet peccatores: qui plus ter-  
rena q̄ celestia dilexerunt. **Crisosto-**  
**mus.** Plangent iudei. plangent gen-  
tiles. plangent christiani qui magis  
dilexerunt mundum q̄ christum.  
Donebuntur autem angeli non solū  
locali defensione: sed etiam amira-  
tione maiestatis diuine. et ex compas-  
sione infirmitatis humane. et quodā  
naturali horrore: videntes sub se re-  
probos cruciari. Unde dicitur **Job**  
**xxvi.** Columne celi contremiscunt:  
et pauebunt aduentum eius. **Ubi** vi-  
dit **augustinus.** Quid faciet virgula  
deserti: vbi timore conuulsus cedit  
paradi. Et tunc videbunt filii ho-  
minis venientem in nube triplici. in  
glorificata carne cum angelorum et  
sanctorum multitudine. et quia bati-  
lis nubibus descendet in aere. **Scdm**  
**illud actuum primo.** **Stie** veniet que  
somodum vidistis eum euntem in ce-  
lum. **Psalmista.** Cognoscetur domi-  
nus in iudicia faciens. vbi addit **beat9**  
**bernardus.** qui nunc ignoratur iniu-  
riam patiens. cum potestate magna  
ad puniendum reprobos. et maiesta-  
te: ad remunerandum electos. **Dein**  
**de** ad amorem incitat. et ad deuotio-  
nem inuitat electos cum ait. **hys** au-  
tem fieri incipientibus. scilicet terre-  
motibus. confusione sonitus maris et  
fluctuum. signis in sole et luna et stel-  
lis. respicite et leuate capita vestra. id  
est intentionem et considerationem ad  
quietem. et ad remunerationem eter-  
nicam. quod facit **psalmista** in intro

## Tercius

itu misse dicens. **Ad te** domine leua-  
tu animam meam. **Vult** ergo domi-  
nus ut nullo modo huic seculo con-  
formemur. nec nobis ymaginem hu-  
ius bestie imprimamus. Immo ut  
conuersatione testimonium perhibe-  
amus de illo: quoniam opera eius ma-  
la sunt. **Proinde** monet ut dimitta-  
mus capita in prosperis: ne vanitatis  
aura nos rapiat. **Leuemus** autem in  
aduersis: ne nos torrentis vnda sub-  
mergat: vel trahat. **Cete** namq̄ gran-  
dia ludunt in tempestate. et nos dole-  
mus in tribulatione. **Causa** gaudij  
ostenditur cum postea subinfertur.  
quoniam appropinquat redemptio  
vestra. scilicet reformatio corporum  
ut sicut fuerunt sociis passionis. ita fe-  
licitatis et consolationis. **Unde** dicit  
apostolus **philippens. iij.** **Saluato**  
rem expectamus dominum nostrum  
iesum qui reformabit corpus humi-  
litas nostre per mortem in vermes  
et puluerem deformatum configura-  
tum corpori claritatis sue. id est affi-  
milans illi in claritate. quaz ostendit  
in transfiguratione. vbi dicit **beatus**  
**bernardus.** **Requiesce** in hac spe ca-  
ro misera: qui propter animam venit  
pro te quoq̄ venturus est. qui refor-  
mauit illam. cui quoq̄ non obliuiscit  
tur in finem. **Rogemus** igitur domi-  
num nostrum etc.

**Dominica** tertia aduentus.

**Epistola** prima ad Corinthe-  
os quarta.